



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 361. Usque Ad Annum 395

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1758**

**VD18 90117786**

§. 14. Æqualitas Filii Dei.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66032](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66032)

teri, quod sit Dominus potens. S. Am-  
brosius: *homines quoque potentes sunt,*  
*quia scriptum est: quare gloriaris in ma-*  
*litia tua, qui potens es in iniquitate? & ali-*  
*bi, cum enim infirmior, tunc potens sum.*

Sæculum IV.  
A. C. 381.  
n. 32.  
Psal. 51. 3.  
2. Cor. 12.  
10.

Peto a te, ut confitearis, Christum Filium  
Dei esse Dominum Potentem, aut contra-  
rium probes; quippe ego, dum dico, Pa-  
tris, & Filii unam esse potentiam, dico,  
Filium Dei æque esse potentem, ac Patrem.  
Palladius: *dixi jam: respondemus vobis*  
*in hac disputatione, sicut possumus; soli*  
*vultis esse iudices, & partes. Modo non*  
*respondemus, sed in Concilio universali re-*  
*spondebimus vobis.* S. Ambrosius: *Ana-*  
*thema illi, qui negat, Christum esse Domi-*  
*num Potentem.* Omnes Episcopi dixe-  
runt: *Anathema!*

§. XIV.

*Æqualitas Filii Dei.*

Tunc attributum Judicis ad examen re-  
vocatum, & Palladius fatebatur, Fi-  
lium Dei esse omnium Judicem. Sed  
subjunxit: *alius dat, alius accipit;* vo-  
lens indicare, Patrem Filio dedisse judi-  
candi potestatem. S. Ambrosius dixit:  
*An ei gratia, vel natura dedit hanc pote-*  
*statem? nam ista potestas etiam homini-*  
*bus tribuitur.* Palladius: *an dicis Pa-*  
*trẽ majorem esse, vel non?* S. Ambrosius  
videns, quod disputationem detorquere

6. 3.

*Hist. Eccles. Tom. IV, Uu vel*



- Sæculum IV. vellet ad quæstionem, quæ erat Ariano  
 A. C. 381. rum Achilles, dixit: *postea ad hoc respon-*  
n. 34. *debo.* Sed cum pertinaciter ultra pro-  
 gredi nollet, antequam sibi ad hanc quæ-  
 stionem fuisset responsum, S. Eusebius Ni-  
 noniensis dixit: *secundum Divinitatem*  
*Filius est æqualis Patri.* Scis ex Euse-  
 bio, Judæos ipsum fuisse persecutos, quod  
 Jo. 10. diceret, Deum esse Patrem suum, et  
 33. æqualem Deo faceret; quod impii perpe-  
 quendo confitebantur, nobis Fidelibus ne-  
 gare non licet. S. Ambrosius addidit  
 Philip. 2. 6. *alibi legitur: cum in forma Dei esset, non*  
*rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo,*  
*sed se ipsum exinanivit, formam servi ac-*  
*cipiens.* Vides, quod in forma Dei æqua-  
 lis sit? in quo ergo minor est? in forma  
 servi, non in forma Dei. S. Eusebius  
 dixit: *sicut, quia erat in forma servi, non*  
*potuit esse infra servum, ita etiam, quia*  
*erat in forma Dei, non potuit esse infra*  
*Deum.* S. Ambrosius: *vel affirma, quod*  
*secundum Divinitatem Filius Dei minor*  
*est; Palladius: Pater major est.* S. Am-  
 brosius: *secundum carnem.* Palladius:  
*qui me misit, major me est. An caro misit*  
 Jo. 14. *est, vel Filius Dei?* S. Ambrosius: *ecce*  
 28. *hodie convinceris, quod Scripturas adu-*  
*res! quippe scriptum est: Pater major me*  
*est; non vero, qui me misit, major est.*  
 Palladius: *Pater major est.* S. Ambro-  
 sius: *anathema illi, qui ad Divinas Scri-*  
 pturas



pturas adjicit, vel detrabit! (\*) Omnes Sæculum IV.  
A. C. 381.  
Episcopi dixerunt: *Anathema!* ulterius

Disputatio tenuit de verbis: *Pater major est.* Surrexit Palladius, exiturus; n. 37.

mansit tamen, eoque de eodem diutius altercante, S. Ambrosius dixit: *Anathema illi, qui negat, Filium esse æqualem Patri secundum Divinitatem!* Omnes n. 38.  
Episcopi dixerunt: *Anathema!*

Palladius in eadem quæstione hærens, n. 40.  
dicebat, Filium esse subjectum Patri, & ideo minorem; volebat autem humanitatem a Divinitate distinguere, sæpius antiquam crambem recoquens, quod in hoc Concilio respondere non posset. Tandem S. Ambrosius resumpsit in hunc modum: n. 41.

*dum hic Blasphemiae Arii legebantur, etiam illæ, quæ ex ore tuo prodierunt, damnatæ sunt, scilicet Arii Blasphemiis simillimæ!* etiam in medio lectionis licuit n. 42.  
tibi proponere, & proposuisti, quæ voluisti; respondimus, quo sensu accipiendum sit, quando Filius dixit, Patrem esse majorem se, nempe secundum carnem, quam assumpsit. Dixisti etiam, Filium Dei esse subditum, & responsum est tibi, quod sit secundum carnem, non secundum Divinitatem. n. 43.

*Quæ sit fides nostra, audivisti, jam audi*

Uu 2

audi

(\*) Væ Luthero! qui hoc fulmine dignum se reddidit, dum Divinis Scripturis adjecit, & detraxit.



Sæculum IV.  
A. C. 381.

Disputatio  
Catholico-  
rum & Arianorum.

*audi & reliqua; nos respondimus tibi, jam & tu responde ad ea, quæ legentur!* Palladius: *non respondeo, quia nihil eorum, quæ dixi, notata fuere; illa tantum, quæ vos dicitis, scribuntur.* Non respondit S. Ambrosius: *tuis oculis vides, quod omnia scribantur.* Denique, quod scriptum est, *abundantissime impietatem tuam demonstrat.* An affirmas *Jesum Christum Creaturam esse, vel negas?* Palladius noluit respondere, sed petiit, ut ejus Notam convocentur, quod Sabinus Episcopus Placentinus ei concedendum arbitratur; sed Palladius plenius Concilium de novo postulabat.

Tum S. Ambrosius Presbyterum Attalum, ex parte Arianorum stantem, locutus, urgebat, ut ediceret, an non Concilio Nicæno subscripsisset? Attalus, postquam aliquamdiu siluisset, nihil aliud dixit, quam quod respondere nolit; cum Episcopus Sabinus dixit: *nos testes sumus, quod Attalus Concilio Nicæno subscripsit, & jam respondere nolit.* S. Ambrosius ex omnium Episcoporum mente iussit, lectionem epistolæ Arii continuari, & ad Palladium dixit: *respondi tibi ad questionem: quis sit major? & ad alteram, an Filius sit subditus? jam tuum quoque est tandem aliquando respondere!* Palladius: *non respondebo tibi, nisi post Dominicam auditores adveniant.* S. Ambrosius

n. 44-45.

n. 46.

n. 47.



sus: ad hanc questionem discutiendam ve-  
 neras, nunc vero, quia epistolam Arianæ præ-  
 legi audivisti, quam damnare non vis, &  
 defendere non potes, fugis, & ad cavillas  
 converteris. Ecce totam tibi prælego!  
 edic! an credas, Jesum Christum fuisse  
 creatum? an fuerit tempus, quo ipse non  
 erat? aut an Filius Dei unicus semper  
 fuerit? Palladius: ego te impietatis ma-  
 nifeste reum teneo; Judex meus non es!  
 sed legis prævaricator es! Sabinus Pla-  
 centinus dixit: quod crimen ista tua fron-  
 te nostro fratri Ambrosio objicis? loque-  
 re, si potes! Palladius: quoties id, quod  
 dixi vobis, repetendum erit? in Concilio  
 universali, & coram Auditoribus respon-  
 debo. S. Ambrosius: si accusandus sum,  
 & convincendus, volo, ut in conventu fra-  
 trum meorum id fiat! (\*)

Sæculum IV.  
 A. C. 381.

n. 48.

§. XV.

Palladius, & Secundianus damnan-  
 tur.

Tum S. Valerianus Aquilejensis dixit:  
 parcus agite cum Palladio; quomodo  
 veritatem Catholicam simpliciter confite-  
 ri posset, cum sua conscientia duplicis hæ-  
 resis reus sit? a Photinianis ordinatus est,

n. 49.

n. 50.

Uu 3

&

(\*) Hier sind zweien ganze Abschnitt ausgelassen  
 in der deutschen Version. Wohl ein fleißiger  
 Uebersetzer!